

presentaveri[n]t dominio Tergesti; et si occiderent tales depredatores unum vel plures, volentes eos capere, no[n] teneantur ad aliquam penam alicuius statuti Tergesti, et nichilominus habere debeant arma et equos ipsorum depredatorum unius
 5 vel plurium, et si deducerent vel haberent robariam factam, restituere teneantur illi vel illis quibus facta fuerit.

Cap. XXXI. De prohibitis ad conducendum robariam in civitatem Tergesti et de condempnacione fienda. R.ca.

10 **I**nhibemus quod aliqua persona cuiuscunque condicionis existens de cetero presumat conducere nec conduci facere in civitatem Tergesti vel eius districtum aliqua robaria pignoram sive represaglas, sub pena centum libr. par., et dominium quod pro tempore fuerit, dum sciverit aliquam predam
 15 robariam sive represaglas esse conductas per aliquem in districtu Tergesti, statim // mittere debeat nuncium comunis ad 137 B denunciandum talibus conducentibus quod ea debeant incontinenti extra districtum civitatis Tergesti extrahere, ac etiam facere denunciare castaldionibus nostri districtus quod incontinenti dum sciverint aliquas robarias vel predas esse conductas
 20 in districtu Tergesti, denunciare debeant dominio quod pro tempore fuerit, sub pena vigintiquinque libr. par. pro quolibet gastaldione contrafatiente. ¶ Item quod de cetero nullus civis habitator atque districtualis comunis Tergesti aliquo modo vel
 25 ingenio sit ausus emere vel emi facere vel alio modo accipere vel habere per se vel per alios¹⁾ aliqua bestiamina vel res mobiles alicuius robarie pignore vel represagle, que essent conducte per aliquas personas in districtu Tergesti, sub pena libr. decem par. pro quolibet capite bestiaminum et rerum mobilium, et perdendi dicta bestiamina quoquo modo habita, que
 30 bestiamina deveniant in comuni. Et hoc statutum legatur in quolibet arengo sacramento potestatis.

¹⁾ Aggiunta marginale.